

erunt, etiam pena libr. decem par. ¶ Item non ludere ad aleas nec ad scachos // tempore sui offitii, pena centum sold. 33 B

- ¶ Item non dare vendere vel alienare alicui persone aliquod frumentum vel bladum de fontecho comunis in parva vel in
5 magna quantitate, excepto quam panicoculis et hospitibus comunis, et salvo si ¹⁾ inposta aliqua fieret per comune, sub pena satisfatiendi de suis propriis bonis pro frumento et blado deficiente, secundum quod daretur eisdem pannicoculis et ho-
spitibus. ¶ Item quod quicunque erit fontecharius de mense
10 madii recuperare debeat in ²⁾ fontecho comunis staria duo ³⁾ milia frumenti, pena quinquaginta libr. par. usque per totum mensem augusti. ¶ Item dare et prestare comuni Tergesti bonam et ydoneam securitatem de toto capitali fontechi lucro et pena pecuniali. ¶ Et quamlibet personam dare debentem
15 fontacho comunis, pro aliquo frumento quod habuerit, dominium teneatur constringere ad standum in palatio comunis donec solverit pro dicto frumento, et bona debitorum fontachi si reperiri poterunt intromittantur per fontecharium comunis et vendantur usque ad integram solutionem fontachi ad incan-
20 tum. ¶ Et possessores talium bonorum regressum habeant ad alia debita suorum debitorum sive eorum hereditatis, sine strepitu et figura iuditii pro eorum indampnitate, et dominium eisdem teneatur sumarie facere rationem non obstante aliquo statuto in contrarium loquente, et si plures essent heredes
25 debitorum fontechi et fontecharius citaret unum ipsorum heredum ut solveret totum debitum fontachi, regressum habeat pro rata dicti debiti ad alios heredes, et dominium eidem teneatur facere rationem.

¹⁾ Aggiunta marginale. ²⁾ Scritto sopra un *et* della riga, cancellato.

³⁾ Aggiunta in corsivo sopra la riga.